

TEXTOS



# COLECCIÓN DIPLOMÁTICA RIOJANA

POR

ILDEFONSO M. RODRÍGUEZ DE LAMA  
Canónigo Archivero Capitular y Diocesano de Calahorra

(Continuación)

90)

27-I-1194.

(1)

*El papa Celestino III confirma la sentencia dada por los dos conjueces de Tudela y Tarazona, en el pleito entre el Obispo de Calahorra y los Monjes de Nájera.*

Celestinus episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Garsie Calagurritanensi episcopo salutem et apostolicam bendicionem.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter venerabilis in Christo frater, tuis iustis precibus inclinati, sententiam quam dilectus filius Gregorius, Sancti Angeli Diaconus Cardinalis, Apostolice Sedis Legatus, pro te contra Priorem de Nagera super quibusdam ecclesiis ipsius villae Nagera et possessionibus promulgavit sicut rationabiliter lata est, nec legitima apellatione suspensa et in eiusdem Cardinalis authentico continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc nostrae paginam confirmationis infringere vel ausu ei temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. Laterani, sexto chalandas februarii. Pontificatus nostri anno tertio (2).

(1) Codice citado folio 254, r.<sup>o</sup> y v.<sup>o</sup>

(2) Parece que el Legado Apostólico, Cardenal Gregorio cumplió lo prometido al Obispo de Calahorra y llevó a Roma el pleito con Nájera y hace que el Papa confirme la sentencia dada en favor suyo, por los dos conjueces designados, para que los Cluniacenses desistieran de su tenaz oposición.

*Convenio a que llegan el obispo de Calahorra D. Garcia y el Prior de Nájera Durando en el pleito que estaba pendiente entre ambos.*

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod inter causa que vertebatur inter Calagurritanam et Nagerensem Ecclessias, utraque parte in presentia Domini Gregorii Sancti Angeli d. Cardinalis, Apostolice Sedis Legatus constituta, inter eos huiusmodi intervenit transactio:

Convenit siquidem inter Dominum G. Calagurritanum episcopum et Durandum Nagerensem Priorem de consensus et convenientia conventuum utriusque Ecclessie, quod in Ecclessia maiori S. M. de Nagera, Capellanus Sancte Crucis a Priore Episcopo presentetur et ab ipso curam animarum suscipiat et ei obediens existat et ad sinodum vocatus adveniat. Et quando Episcopus in Nagera celebrare voluerit et populum convocare, Capellanus Sancte Crucis cesset, quosque episcopus celebraverit; et propter hoc in ipso monasterio nihil sibi ex debito vindicet episcopus nisi quod monachi sibi ex gratia concedere voluerint. Interdictos vero et excommunicatos ab Episcopo numquam recipiant. In aliis ecclessiis que prioratus vocantur, episcopus habeat annuam procuracionem a clericis earum ecclessiarum secundum quod consuevit habere ab aliis clericis qui consueverunt dare procuracionem per episcopatum excepta Sancta Maria de Valcorna in Lucronio in qua quattuor aureos pro cena annuatim, sicut consuevit episcopus, accipiat. Ipsi autem clerici episcopo obediens existant et ab ipso curam animarum percipiant. Ad sinodum vocati veniant et interdicta ipsius episcopi observent. De decimis vero illorum parrochianorum qui in ipsis prioratus ecclesiastica percipiunt quotidie sacramenta, episcopus nihil percipiat. Nomina vero prioratum hec sunt.

Santus Andreas de Cironia, Sotomalo, Sancta Columba, Sojola, Preado, Viloría, Sanctus Georgius (2), in aliis omnibus ecclessiis quas monasterium Najerense habet in episcopatu Calagurritano, episcopus percipiat quartam decimarum omnium; habeat ibi etiam representationes clericorum et procuraciones annuas ab ipsis clericis secundum facultates ipsarum ecclessiarum. Clerici earum ecclessiarum obediens episcopo existant ».

(1) Código citado, folio 58 r.<sup>o</sup>

(2) San Jorge de Azuelo, que hasta fecha recentísima siguió dependiendo de Nájera, según atestiguan los libros de rentas del monasterio.

8-3-1197

1.031-5

*Don Alfonso VIII, rey de Castilla devuelve al monasterio de Santa Maria de Nájera y a su prior Don Jimeno, la villa de Torrecilla de Cameros que les habia tomado indebidamente y entregado a Don Diego Jiménez y a su mujer Doña Guiomar, a la que libera de toda clase de pechos.*

« ( *Crismón* ). Presentibus ac futuris notum sit ac manifestum quod ego ALDEFONSUS DEI GRATIA Rex Castelle et Toleti quondam illicite accepi a monasterio Beate Marie de Naiara quendam villam nomine Torrezillam quam dedi Didaco Xemeniz et uxori sue dompne Guiomar. Proccessu vero temporis, difuncto iam eodem Didaco Xemeniz recognoscens in hoc erga Deum eiusque Genitricem me graviter deliquisse penitentia ductus proponens illud quod minus licite ac presumptione egeram ad condignam emendationem et congruam satisfaccionem deducere, emi a predicta donna Guiomar pro duobus milibus aureorum prenominatam villam Torrezillam et reddidi eam supradicto beate Marie monasterio Naiarensi et dompno Semeno eiusdem instanti priori totique conventui presenti et futuro integre cum omnibus directuris, terminis et pertinentiis suis iure hereditario in perpetuum habendam et irrevocabiliter possidendam. Sed quum prefatus prior naiarensis ecclesie et conventus eiusdem loci ex predictis duobus milibus aureorum mille dederunt et pro illis et redditibus et servitiis que a pre e memorata villa tanto tempore amisserunt quanto ab eorum iure fuit alienata et ab aliis detenta et possessa; Idcirco Ego iam dictus ALDEFONSUS DEI GRATIA . . . pro recompensatione predictorum mille aureorum ac reddituum amissorum, absolvo sepedictam villam Torrecillam totumque concilium eiusdem ville presentis et futurum ab omni manposta et mampostario, ab omni homicidio et calumpnia, fonsado, fonsadera, pecto, posta, facendera, et ab omni, prorsus regio tributo et gravamine in perpetuum. Et mando quod merinus Regis vel Sagio non intret violenter in eam nec aliquid ibi exligere seu per violentiam inde occupare aliquo modo quicquam presumat. Omnes namque consuetudines et iura regalia in eadem ad Regem spectantiadono pretaxato Naiarensis monasterio ac iure hereditario semper percipienda et percheniter possidenda absque aliqua diminutione integre concedo; ita quod non liceat mihi de cetero vel alicui successorum meorum seu posterorum in supradicta villa Torrecilla aliquis iuris requirere. Et hec mee donationis, concessionis, absolutionis et stabilitatis pagina rata et stabilis omni tem-

pore perseveret. Si quis vero hanc cartam infringere seu diminuere presumpserit iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et cum Iuda Domini proditore infernalibus mancipetur penis et insuper regie parti centum libras auri purissimi persolvat et dampnum quod ibi intulit dupplicatum restituat. Facta carta apud Palentiam. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> XXXV.<sup>a</sup> VIII.<sup>o</sup> Idus Martii.

Et ego Rex A. regnans in Castella et Toleto hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. Martinus Toletane ecclesie archiepiscopus et hispaniarum primas confirmat.

*Columna a)*

Martinus burgensis episcopus	cf.
Johannes calagurritanus eps.	cf.
Ardericus palentinus eps.	cf.
Martinus oxomensis eps.	cf.
Rudericus segontinus eps.	cf.
Gundisalvus secobiensis eps.	cf.
Iacobus abulensis eps.	cf.
Iohannes conchensis eps.	cf.
Comes Petrus	cf.
Comes Ferrandus	cf.

*Columna b)*

(Signo) Signum Aldefonsi Regis Castelle	
Petrus Garsie de Lerma maiordomus curie regis	cf.
Didacus Lupi de Faro alferiz regis	cf.

*Columna c)*

Gudisalvus Roderici	cf.
Ferrandus Roderici	cf.
Egidius Gomez	cf.
Guterrius Ferrandi	cf.
Gonzalvus Nuñez	cf.
Alvarus Nunii	cf.
Guillelmus Gonzalvez	cf.
Gonzalvus Gomez	cf.
Alfonsus Telli	cf.
Rodericus Petri merinus regis in Castella	cf.

Magister Mica domini regis notarius. Didaco Garsie existente cancellario SCRIPSIT ».

*Dorso :*

*Torrecilla de los Cameros n.º 4. Era 1235. Año 1197. Cajón 6.*

93)

1.197

(1)

*El rey de Castilla Don Alfonso VIII, hace donación al monasterio de Nájera y, a su Prior Gimeno de ciertas heredades en Torrentes, entre Cueva Cardel y Zarratón.*

(Crismón) «Praesentibus ac futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et [Toleti] una cum uxore mea Alienor, regina et cum filio meo Ferrando, divino intuitu, libenti animo, voluntate spontanea dono et concedo Deo et Naiarensi monasterio et vobis Domno Semeno instanti Priori vestrisque successoribus et universo conventui praesenti et futuro, omnem illam hereditatem quam habeo in Torrentes, que est inter Covam Cardel et Cerratón iure hereditario, libere et sine contradictione aliqua in perpetuo habendam et irrevocabiliter possidendam. Si quis vero hanc cartam infringere vel diminuere presumpserit, iram Dei Omnipotentis plenarie incurrat et insuper regie parti mille auros in cauto persolvat, et dampnum quos super hoc vobis intulerit duplicatum restituat.

Facta carta in Burgis. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> XXX.<sup>a</sup> V.<sup>a</sup>, V.<sup>o</sup> Kalendas febroarii Et Ego Rex Aldefonsus regnans in Castella et Toleto hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et cofirmo.

Martinus Toletane Sedis Archiepiscopus Hyspaniarum primas confirmat.

(*Rueda*) SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. Gonsalvus Roderici maiordomus curie regis cf. Alvarus Nuniz, Alferiz regis cf.

Marinus Burgensis episcopus cf. Aldericus Palentinus... Martinus Oxomensis... Rodericus Segontinensis... Gundisalvus Secobiensis... Iacobus Abulensis... Iohannes Calagurritanus... Iulianus Conchensis... Comes Petrus cf. Didacus Lupi de Faro cf. Rodericus Diaz cf. Petrus Garsie de Lerma cf. Petrus Gonsalvi de Marannone cf. Lupus Sancii, cf. Gomicius Petri, cf. Alfonsus Telliz, cf. Guillelmus Gonsalvi cf. Guterrus Diaz, merinus regis in castella cf. Didacus Garsie existente cancellario. Petrus Domini Regis notarius.

94)

27-III-1.200

1.031-6

*Don Diego Lopez de Haro y su mujer doña Toda Petris hacen donación al monasterio de Santa Maria de Nájera de cuatro collazos*

---

(1) Códice citado

*suyos, sitios uno en Palluércanes, otro en Ameyugo, el tercero en Santa Gadea y el cuarto en villa Burdón.*

« In Dei nomine. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Dominus D. Lupiz de Faro et uxor mea domna T. Petriz una cum filiis nostris pro nostrarum et parentum nostrorum remedio animarum damus et concedimus Deo et Beate Marie et conventui naiarensis ecclesie et vobis domno S. priori eiusdem ecclesie et specialiter ad opus mense seniorum quattuor collazos: in valle Orchanis, Garsiam Ferrandez; in Amiyugo, Iohannem Martinez; in Sancta Agattea, Arnaldum de Murcia; in villa Burdonis, Dominicum Michael. Hos iiii. or. collacios damus et concedimus vobis cum suis solariis et omnibus suis hereditatibus et omnibus suis pertinentiis, et etiam damus vobis in unaquaque predictarum villarum, totam decimam omnium redituum nostrorum, videlicet de fossa deriis, de homicidiis et de omnibus aliis calumpniis. ita quod predictorum collaziorum unusquisque in sua villa vel quicumque ipsius hereditatem tenuerit predicta recipiat ad opus mense seniorum naiarense. Quos si quid forte de predictis vel incuria vel negligentia ipsorum collaziorum perierit, ille collazius pro cuius culpa id contigerit totum de suo persolvere compellatur. Addimus etiam vobis in Ammoneo medietatem omnium decimarum de fructibus qui de nostro labore provenerint et totam decimam integre de fossaderiis tam de pane quam de denariis et de morabetinis, de benefactria totam decimam similiter.

Facta donationis carta ERA M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> XXX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup> VI.<sup>o</sup> Kalendas aprilis Noto die feria III.<sup>a</sup>

*Dorso:*

*Huercanos. Somalo. Legajo 7 n.<sup>o</sup> 100. Año 1.200. 27 de março. Donacion de Don Diego Lopez de Haro de cuatro collazos que dio a este monasterio en Huercanos (Valluércanes) y todas las decimas que ha el de pertenencia. Era 1.238.*

95)

10-VI-1.201

1.031-7

*Don Jimeno, prior de Nájera cede en censo a don Sancho de Loriz y a su mujer doña Toda Ortiz, su casa de Zarratón con todas sus pertenencias por los dias de su vida con obligación de mejorarlas, y lo mismo Castilseco.*

« (Crismón). In Dei nomine. Sciant tan presentes quam posteri quod ego dompnus Semeno, prior Naiarensis ecclesie cum consilio et voluntate totius eiusdem conventus ecclesie dono et concedo vobis dompno Sancio de Loriz et uxori vestre Dompna Toda Ortiz, illam casam de Certum cum totis suis pertinentiis ut eam libere, quie-



te omnibus diebus vite vestre habeatis et possideatis dando annuatim pro censu tres azudeces obtimi tritici et tres coquas optimi musti in festo Sancti Michaelis, Seniori de Sotomalo. Tali quidem pacto ut casas ibi edificetis et secundum quantitatem et qualitatem loci pro posse vestro bona fide meliorara studeatis. Post obitum vero vestrum vel si in vita ordinem assumpseritis predicta casa de Zertun libera et quieta et sine mala voce cum totis suis pertinentiis et quidquid vos ibidem mississe constiterit ad domum Sancte Marie de Nagera revertatur et insuper si filium vel filiam non dimiseritis totius vestre hereditatis et vestri mobilis ubicumque habueritis medietatem domui Sante Marie de Nagera; et si filium vel filiam secularem dimiseritis medietatem tantummodo vestri mobilis domui Sancte Marie de Nagera dimitatis. Si vero alterum ex vobis prius altero mori contingerit, superstes quamdiu sine coniuge manserit predictam casam de Zertun, predicta convenientia possidebit. Quos si coniugem acceperit et prolem ex mortuo non habuerit totius vestre hereditatis et vestri mobilis medietatem et sepedictam casam de Certun cum totis suis pertinentiis et quidquid vos ibidem mississe constiterit habebit ecclesia naiarensis. Et si prolem ex mortuo habuerit medietatem tantummodo vestri mobilis et sepius memoratam casam de Certun cum toto quos supra diximus, sine mala voce, integre, libere habebit ecclesia naiarensis. Eodem quoque modo damus et concedimus vobis Turrim Siccam ut scilicet illam infra presentem annum populare faciatis, vel si infra annum non potueritis eam in sernas redigi faciatis. Nos vero scilicet ego dompnus Sancius de Loriz et uxor mea donna Toda Ortiz pro amore quem vos prior et conventus nobis facitis, corpora nostra nagerensis sepeleienda monasterio mandamus, et illud bona fide semper diligere et honorare et predictam observare convenientiam Deo et Sancte Genitrici Marie et vobis manibus missis in regulam promittimus et iuramus. Huius rei sunt testes Dompnus Petrus prior claustralis et sacrista maior; domnus Petrus Iohannis senior de Somalo. Dompnus Iohannes de bello loco (ioco) helemosinarius. Dompnus Guillelmus procurator seniorum. Dompnus Giraldu dompnus Raimundus. Dompnus Iohannes, sacrista minor. Dompnus Marcus et conventus. De famulis: Semeno Martinez de Bervenciana; Lupus merinus; Iohannes de Carrione coquus de seniorum; Ennecus pistior. Petrus Michaelis, sagio et portanius et familia.

FACTA CARTA ERA M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> XXX.<sup>a</sup> VIII.<sup>a</sup> III.<sup>o</sup> idus Junii. Regente rege Aldefonso cum uxore sua regina domna Alienor et infante domno Ferrando eorum filio in Concha, in Toleto, in Extremadoria, in Burgis, in Nagera, in Castella, in Alava, in Maranione, in Sti. Sebastiani. Sub rege dominante in Nagera domno Di-

dago Lupiz de Faro. Alcaide tenente castellum de Nagera, domno Petro Aznarez. Discurrente iudicio per domnum Iohannem et donnum Dominicum Pardi, Alcaldes. Petrus Xrispini scripsit.

*Dorso:*

*Certun. Era 1.239. Año de 1.201. N.º 1. Arriendo que hizo este monasterio a D. Sancho de Lopiz y a su mujer Doña Toda Ortiz de las casas y hacienda de Certun por los dias de sus vidas por renta de dos azudices de trigo y dos concas de mosto; con obligación de mejorarlas y con el pacto de que habia de heredar el monasterio la mitad de sus bienes despues de su muerte. Arrendamiento de Zertun, Matute...*

96)

1204

(1)

*El Papa Inocencio III confirma la sentencia dada por el Cardenal Gregorio, su Legado, en el pleito del monasterio de Najera con el Obispo de Calahorra.*

« Innocencius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Iohanni Calagurritano episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, Eapropter venerabilis in Xristo frater, tuis iustis precibus inclinati sententiam quam bone memorie G. Sancti Angeli Diac. Cardinalis (2) pro te contra Priorem S. M. de Nagera super eadem ecclesia et eius possessionibus promulgavit, sicut est iusta nec legitima apellatione suspensa et in eiusdem Cardinalis authentico continetur, ad exemplar bone memorie Celestini Pape, predecesoris nostri, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc nostrae paginam confirmationis infringere vel ei ausu temerario contrahire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Laterani, septime Idus Iunii, pontificatus nostri anno septimo.

---

(1) Códice citado anteriormente.

(2) Parece que el fallecimiento del Cardenal Gregorio era muy reciente. Parece que aun se le ve poniendo su firma en un doc. de 1.202, 21 de marzo. Tuvo por sucesor en el Cardenalato de su Título del Santo Angel a Pedro, cuyas confirmaciones en documentos pontificios empiezan en 30 de mayo de 1.205.

97)

1.204

(1)

*El Papa Inocencio III escribe a los jueces nombrados para la causa de Nájera, el Obispo de Tarazona, al arcediano de Pamplona y el Chantre de Tudela, para que hagan cumplir su sentencia aun con censuras eclesiasticas.*

« Inocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Tirassonensi episcopo et dilectis filiis nostris Pampilonensi archidiacono et cantori Tutelanensi, Tirasonensis dioecesis, salutem et Apostolicam benedictionem.

Nobis venerabilis frater nostris episcopi et dilectorum filiorum Capituli Calagurritani significatio patefecit quod cum Ecclesia Sancte Marie de Nagera, Calagurritane dioecesis, Ecclesie Calagurritane adiudicata fuisset, per iudices a Sede Apostolica delegatos, Prior et monachi de Sancta Maria de Nagera, ipsam Calagurritanam Ecclesiam, super eadem ecclesiam indebite molestare non cessant; ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus, partibus convocatis et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit appellacione postposita statuatis facientes quod statueritis per censuram eclesiasticam firmiter observari, nullis litteris veritati et iustitie preiudicantibus a Sede Apostolica impetratis. Quod si non omnes his exsequendis poteritis interesse, tu ea frater episcope, cum eorum altero nihilominus exsequaris.

Datum Laterani, quarto Idus Iunii. Pontificatus nostri anno septimo.

98)

VIII-1.215

1 031-8

*Doña Toda Petriz, mujer que habia sido de Don Diego Lopez de Haro hace donación a Santa Maria de Najera de su villa de Torrecilla sobre Alesanco y de las sernas que poseía en Azofra y en Alesanco.*

« (Crismón). In Dei nomine et eius gratia. Notum sit omnibus hominibus et presentibus et futuris quod ego Domna Tota Petriz uxor quondam domini Didaci Lupiz de Faro gratanti animo et spontanea voluntate, dono et concedo et presenti pagina coram subscriptis testibus roboro et confirmo Deo omnium bonorum remuneratori et eiusdem Genitrici beatissime Marie et vobis conventui monachorum Sancte Marie Naiarensis specialiter ad opus coquine conventus pro remedio animarum iam dicti domini Didaci Lupiz de Faro mei

---

(1) Códice citado.

dilectissimi mariti et parentum nostrorum et mei ipsius anime remedio; dono inquam vobis illam villam que dicitur Turricella super Alesanco cum omnibus suis terminis heremis et populatis introitibus et exitibus, aquis, pratis, pascuis, herbis, sernis ipsius ville et cum servis illis quos habeo in Alesanco et in Azofra cum collaciis et hereditatibus et cum omnibus ad eandem villam pertinentibus et cum omni iure ad me expectante ut habeatis et in perpetuum iure hereditario ipsam villam totam cum omnibus suis pertinentiis integre et libere possideatis sine omni mala voce et sine omni contradictione et impedimento omnium hominum tam filiorum et propinquorum nostrorum quam extraneorum et faciatis inde in perpetuum annis singulis anniversarium integrum et plenarium sicut pro regibus, pro anima domini Didaci, quintodecimo Kalendas octobris et aliud anniversarium similiter integrum et plenarium sicut pro regibus in die Sanctorum Fabiani et Sebastiani pro anima mea ut per vestras orationes misereatur animarum nostrarum omnipotens Deus qui vivit et regnat per infinita secula seculorum amen. Nulli autem hominum, neque filiis meis, neque propinquis neque extraneis nec ulli seculari neque ecclesiastice persone liceat hanc meam donationem infringere aut irritare aut disturbare aut commutare aut aliter quam ego statuo ordinare. Quos si quis ausus temerario presumpserit iram Dei omnipotentis eiusque venerabilis matris Virginis Marie et omnium sanctorum plenarie incurrat, maledictus, excommunicatus, anathematizatus cum Chore, Datan et Abiron et cum Iuda Domini traditore in profundo inferni in perpetuum iaceat condemnatus. Huius donationis sunt teste : Dominus Willelmus, prior Tutelanus et archidiaconus armenthensis. Dominus Fortunius de Burova canonicus calagurritanus. Magister dominus Petrus de La Guardia. Dominus Ferrandus, commendator de Buradon. Dominus Sancius de Loriz. Magister Stephanus de Stella. Magister Adam. Dominus Dominicus capellanus domine Tote. Dominus Martinus de Burova, capellanus et cancellarius domine Tote. Domina Maior de Squiri. Domina Tota Gomiz de Castanares. Domina Teresa Alfonsi.

Facta carta donationis anno gratie M<sup>o</sup>. CC.<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>. Era M<sup>o</sup>. CC<sup>a</sup>. L<sup>a</sup>. III<sup>a</sup>. mense agosto. Regnante rege domino Henrico in Toledo, in Extremadura, in Castella, in Alava, et in toto regno suo. Anno quo dominus Rex Alfonsus et uxor eius regina domna Alienor et dominus Didacus Lupiz de Faro obierunt ».

*Dorso :*

*Torrecilla sobre Alesanco. N.º 2. Era, 1.253. Año 1.215. Agosto. Donación que hizo Doña Tota Perez, muger de Don Diego Lopez de Faro de Torrecilla sobre Alesanco.*

6-III-1.216

1.031-9

*El rey de Castilla Don Enrique confirma la donación que había hecho a Santa María de Nájera Doña Toda Pérez de la villa de Torrecilla sobre Alesanco.*

« (Crismón). Per presens scirtum tam presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego HENRICUS Dei gratia Rex Castello et Toleti faciō cartam concessionis, confirmationis et stabilitatis Deo et monasterio Sancte Marie de Naiara et eiusdem ecclesie monachorum conventui presenti et futuro perpetuo valituram. Concedo inquam vobis et successoribus vestris villam illam super Lesanco que Torrecella dicitur quitam et inmuen sicut Domna Tota, uor Domini Didaci Lupi de Faro commendabilis memorie et filii eorum vobis pro remedio animarum suarum et parentum suorum ad opus coquine monachorum statuerunt et dederunt. Concedo inquam vobis et confirmo prædictam villam ut illam habeatis quitam et inmuenem ab omni pecto vel fonsado et fonsadera et moneta et homicidio et mamposta et mamposteria et calumpnia et ab omni gravamine merini regis et sachionis et ab omni prorsus regio pecto at gravamine in perpetuum. Si quis vero hanc cartam infringere vel diminuere in aliquo presumpserit iram omnipotentis Dei plenarie incurrat et regie parti mille aureos in cauto persolvat et dampnum super hoc vobis illatum restituat duplatum.

Facta carta apud Soriam VI die marcii. Era M.<sup>a</sup> CC.<sup>a</sup> L.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup> Et ego Rex Henricus, regnans in Castella et in Toletto hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. Rodericus toletane sedis archiepiscopus et Hyspaniarum primas confirmat.

*Columna a):*

Tellus palentinus episcopus	cf.
Johannes calagurritanus eps.	cf.
Mauricius burgenis eps.	cf.
Melendus exemensis eps.	cf.
Rodericus segontinus eps.	cf.
Garsias conchensis eps.	cf.
Geraldus secoviensis eps.	cf.
Dominicus abulensis eps.	cf.
Dominicus planentinus eps.	cf.

*Columna b):*

(*Signo*). Signum Henrici regis Castelle  
Gonçalvus Roderici maiordomus curie regis cf.  
Comes domnus Alvarus, alferiz regis cf.

*Columna c):*

Comes domnus Ferrandus	cf.
Comes domnus Gonzalvus Nunii	cf.
Domnus Lupus Didaci	cf.
Domnus Rodericus Didaci	cf.
Domnus Rodericus Roderici	cf.
Alfonsus Tellii	cf.
Martinus Martinez	cf.
Guillelmus Gonzalvi	cf.
Ordonius Ordonii Martini merinus maior in Castella of.	

Iohannes Didaci domini regis notarius Rodericu Roderici existente cancellario, Dominico Alvari scribere iussit ».

*Dorso :*

*Confirmacion del rrey don Enrique de la villa de Torrecilla sobre Alesanco Era 1.251. Año 1.216. 6 de marzo. N.º 3.*

*En la çibdat de Burgos a veinticuatro dias del mes de março de mil quinientos e veynticuatro anos . presentó este privilegio ante los dichos sennores... ».*

( *Continuará* )